OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=4506 page 1/2

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 10519

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

CCCCXCIX.

929 Codex chartaceus ital. Sec. XVI. Folior. 122. 4. praemiſſis Regis *Bohemiae* Inſignibus calamo delineatis hunc exhibet Titulum: *Specchio De Verità Nouuamente Compoſto per Narciſſo Pramper da Vdene. Nel quale demoſtra, et ſcuopre li enormi errori, gl' infiniti abuſi, et l'Atrociſſime Idolatrie, et bieſtemme, dal volgo non conoſciute, ſi della Meſſa, quanto del Meſſale.* Sequitur: *Narciſſo Pramper da Vdene alla ſua Patria del Friuli.* Praefationis hujus initium: *Eſſendomi diſcoſtato da Te o Patria mia, non gia per mio diffetto, ma per diffetto delle perſecutioni che di continuo mi ſi feuano da tuoi rapaci Auoltori* &c. Offert Populariibus ſuis praeſens Opus, quod hic *Vero Specchio della Meſſa* adpellat, et infelicem Religionis apud eos conditionem depingere nititur. Inter alia: *O Patria mia Tu pur il ſciai s' io dico il vero ò non, ſaria mai per auentura miſſer Giouan Grimani Patriarca d' Acquilea (il quale per gratia ſua mai anchora ha viſitata la ſua patria) ma la ſua conuerſatione ſempre e ſtata in delitie ogni ſera alla miſericordia in Venetia in caſa de monſignor Mocenigo à canti, à giochi, à conuiti, et à ſignore, et in luogo ſuo o Patria mia Te ha dato vn Luca bizzantio Veſcouo di Cattaro, qual babbia à benedir muri, e battezar Campane, et vn Jacomo Maraco Veroneſe, qual habbia à cauarti il cuor del corpo ignorantiſſimi, et piu crudeli, che Neroni* &c. Unde hae lacrimae? Adſcribam continuo locum e Peroratione Operis: *Jo ſono ſtato in pregione cinquanta otto giorni — di continuo in ferri, et per piu ſcorno mio Giacomo maracco Veroneſe vicario generale di miſſer Giouanni grimani Patriarca d'Aquilea m'aggionſe obrobriſſime imputationi, et ſallo iddio tutte falſe, mai volſe permettere che niſſun di miei parenti m' baueſſino à parlare acciò io mi puoteſſi diffender de tal imputationi, minacciandomi ſempre di darmi la corda, ſenza aſſegnarmi le diffeſe alcuna, me condenette à la galea, et di mezza notte mandomi via ſu n'vno carro de villani con doi caualli legato, et accompagnato con forſi vinti ſbiri armati con allabarde, et altre d' arme aſta, dandomi ad intendere volermi menar à ſan vito Città di eſſo patriarca, et liui conſtituirmi à la corda per ſin' ch' io fui fuor della porta della Città di Vdine doue m' aſpettaua il Canciliero di eſſo patriarca per nome chiamato Bartolomeo brugno, qual inmediate che io fui fuor della porta m' intimete la ſententia, et la condennatione fatta alla Galea, et priuation della pieue et beneficj* (igitur ſacerdos Narciſſus) *ma iddio — la notte ſeguente alla Palata di lemene arente la Città de Caorle in Mare miracoloſiſſimamente me diſciolſe delli ferri* &c. Addit ſe in tertiam diem in paludibus latuiſſe absque cibo, et tandem veniſſe, *doue non conoſceua*

2026-09-22

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=4506 page 2/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 10519
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

ſceua le perſone, ne ſapea la lingua. Nemo vero facile mirabitur, eum ſic habitum fuiſſe in Regione Sacris catholicis in primis addicta, qui praeſens ejus Scriptum legerit, quod ſatis impudenter *Maximiliano Boh.* Regi, miti Principi dicavit. In *prima* ejus Parte exagitat Miſſae Ritus ab Introitu usque ad Canonem, in *ſecunda* inde ad Orationes Secretas, in *tertia* inde usque ad finem, in *quarta* Miſſae, ut ait, Abuſus et Abominationes perſequitur. An *Bern. Occhino*, an *P. P. Vergerio*, an quo alio magiſtro uſus, an originem ſuam antiquiſſimae *Pramperorum* Proſapiae, cujus Heroes aliquot recenſet *Joh. Joſ. Capodaglius* in *Udine illuſtrata*, debuerit, quibus deinceps fatis in *Germaniam* delatus uſus fuerit, hactenus non reperi. Ad calcem Operis viſitur pictura lineari ejus Icon barbata, librum tenens, quam ambit in orbem Verſus: *Mittam vobis Spiritum Paracletum. Et dabo vobis Spiritum novum. Et ille vos docebit omnia.* 1560.

D.

878 Codex chartaceus germ. lat. gall. Sec. XVI. Folior. 35. f. congeſtus eſt e Monumentis ſequentibus: Epiſtola germanica *Joh. Friderici Saxoniae* Ducis, Electoris et Burggravii *Magdeb.* ad *Joh. Bugenhagen*, *Greg. Pruck* et *Phil. Melanchthonem* data *Aldenburgk Freytag poſt Invocavit. Anno* 1547. qua nunciat, 2. *Martii* caeſum a ſe cum 1500. Equitibus et 4000. Peditibus, quos inter et Caeſarei, captumque *Albertum* March. *Brandeburgicum*, qui pro *Mauritio Sax.* Duce *Rochlicium* inſederat. Init: *Wir wiſſen euch gnediger mainung nicht zu bergen, das ſich hertzog Moritz die vorgangene tag, als wir etzliche vnſer Reutter vnd hackenſchützen in andern ſachen von Colditz abgefordert* &c. Vide *Sleidani* L. XVIII. Sed laureatas has Literas non multo poſt ſecuta eſt *Rochlicii* receptio et Pugna ad *Mühlbergam.*

Fol. 2. *Joh. Hoppii Budiſſinenſis*, tunc Profeſſoris in Acad. *Regiomontana*, ſed eodem anno dimiſſi Literae datae 13. *Martii* 1553. ad *Balth. Sartorium Saxonem Oſchatz. Cracoviae* iter in *Italiam* meditantem. Laudatur primo ſtudium ejus *in corrigendis ſtellarum motibus*, ſuadetur pro itinere praedicto potius oblata conditio *Vitebergae* in Academia, deploratur infelix rerum facies *Regiomonte* orta ex *Oſiandriſmo*, *Mörlinum ad diſceſſum compulſum a Principe*, (Alberto Brandeb.) miſſionem impetraſſe D. *Pontanum*, *Cödricium* et M. *Wagnerum*, *quod noluerunt conſentire in receptionem cujusdam Profeſſoris Pædagogici nomine M. Vrbani Stürmeri Sectae Oſiandrinae. Hanc Lernam ſolus Brentius nobis obiecit, qui neſcio quo fuco et quibus labyrinthis Oſiandri deliria inuoluere atque tegere uoluit. Nam rogatus a Principe, ut ſuam quoque de hac controuerſia perſcri-*

2026-09-22